scriptiones Cessionariae vigore tenere habere et possidere queat illisq Vti frui possit Ideo sub vadio similis summae viginti dierum Clarenorum poloniae per eundem Recognoscentem Nobilem Hrehorium Vruski Thomi Kowicz sive eius successores praenominato Nobili Andreae Bolenski Slotylo Cessionario suo sive eius posteris ob non Completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succubendo Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua Principali ex praemissis non Completa Complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Hrehorius Vruski Thomi Kowicz sive eius posteri ad instantiam praenominati Nobilis Andreae Bolinski Slotylo Cessionarii sui sive eius successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc regni sub suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere vadium praefatum luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus eundem terminum primum peremptorium ut et alios omnes exinde Consequentes causas eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Eiectorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosequiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus veltriplicatis Evasionibus suspensionibus fatalis Iuris praescriptione Terrestri Bello Conventioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Perillustris et Admodum

Rendus Gadomski Sczawinskiemu Scriptum roborat.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Comparens personaliter Perillustris et Admodum Reverendus Stanislaus Gadomski Canonicus Ecclesiae Cathedralis Premisliensis Novae Civitatis Bybel Praepositus Sanus mente et corpore existens Ad Iuris Dictibus Iuribus Iurisdictionibus Iuris quibusvis proprijs recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum modernum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Scriptum Certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Magnifici Constantini Casimiri de Sczawin Sczawinski Castellani Crusvicen ratione Certarum rerum et Conditionum in eodem Scripto manuali Contentarum de Actu et data illius in Nowe miasto die Trigesima Aprilis Anno praesenti Confectum Conscriptum datum manu sui Recognoscentis propria subscriptum se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibus habuit et habendis inscribit et obligat praesentibus in omnibus et singulis eiusdem Scripti manualis Conditionibus punctis clausulis articulis vadio legamentis ac nexibus generali Universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis eiusdem Scripti Contentis tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere Scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictum Scriptum Vicissim in toto referendo Idque sub vadio Summae Mille Ducentorum florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem Perillustrem et Admodum Reverendum Stanislaum Gadomski Canonicum Premisliensem Suos eique Successores praenominato Magnifico Castellano Cra

Crusuicensi sive eius posteris ob non Completionem Contentorum Scripti
praefati manualis omnium et singulorum tam in parte quam in toto totiens
quotiens opus fuerit ad solvendum succumbendo Pro quo quidem vadi
modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali
ex Contentis Scripti praefati non Completa Complenda Citatus existens
memoratus Recognoscens Perillustris et Admodum Reverendus Ca
nonicus Premisliensis aut eius Successores ad instantiam praenomina
ti Magnifici Castellani Crusuicensis sive eius Successorum ad officium
praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessa supra
scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo
Citationis termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respon
dere vadium praefatum luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne in
dicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos Successores ad eadem omnia
insistit et obligat praesentibus eundem terminum primum peremptorium
Ut et alios omnes exinde Consequentes Causas eiusdem terminos seq
peremptories vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum
legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad
Evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo ad quietationem praeterea Ultra proximis officii praefati
Castrensis Capitanei Premisliensis terminos dilationem sibi non reci
piendo nullasq motiones appellationes ac earum prosequutiones fa
ciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus
suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri Bello Conven
tioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugien
do nec modo alio quovis evadendo hac sua praesenti personali
Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Miloclrows
Kiemu roborat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren
sibus